

*Taurinis* (V 6964. 6962 illam vidit Mommsen). — Fortasse non ad *Matris Phrygiae*, sed ad *Mithrae cultum* pertinent hi tituli. *Taurobolium Veneris Caelestis habes infra N. 4274.*

**4160** (sacerdos femina, velata et vittata, in pectore gestans protomen viri barbati, manu sinistra coronam quernam sustinens, d. pateram; iuxta ara) Laberia Felicia | sacerdos maxima | Matris deum m. I.

Romae (VI 2257 vidit Henzen).

**4161** C. Camerius | Crescens | archigallus Matris | deum magnae Idaeae et | Attis populi Romani, | vivus sibi fecit et | Camerio Eucratiano lib. | suo, ceteris autem libertis utriusque sexus loca singula | sepulturae causa. H. m. h. e. n. s.<sup>1</sup>

Romae (VI 2183 vidit Henzen). — 1) *Heredem exterum non sequetur.*

**4162** M. Modius | Maxxinus (sic) | archigallus | coloniae | Ostiens.

*Ostiae rep. una cum N. 4115, cippus formam cistae habens, cui insidet gallus (in ipsa cista pedum, tibia, syrinx, et ab alio latere arbores, sub quibus leo, inter quos Attis ut videtur imago); iam Romae in museo Lateranensi (XIV 385 vidi. Imaginem Monumenti dell' Istituto vol. IX tab. 8<sup>a</sup> fig. 1).*

**4163** d. m. | L. Barbunteio | Demetrio archig. | Salonitano, qui | annis XVII<sup>1</sup> usq. ad | ann. LXXV integr. | sacra confecit | Barbunteia Thallusa clistera<sup>2</sup> patrono | pientiss. posuit.

*Iader in Dalmatia (III 2920<sup>a</sup> ex codice quodam scripto saec. XVI).* —

1) *Intellege: inde ab anno aetatis decimo septimo.* — 2) *Non intellegitur; cistera alius codex (III p. 4026); fortasse fuit liberta (Huebner).*

**4164** Ti. Claudio Veloci hymnologo<sup>1</sup> primo M. d. I. e[t] Atti[n]is<sup>2</sup> publico, Amerimnus lib. patrono optimo. H. m. d. m. a.

*Incertum quo loco descripta, sed Romae puto, servavit Hartmannus Schedel in codice quodam Monacensi (Bull. dell' Inst. 1884 p. 155).* — 1) hymnologia, 2) m. die attilis traditur. — *Incertum an ad Matris deum cultum pertineat hymnologus de campo Caelementano VI 9475.*

**4165** Aeliae Receptae | tympanistriae | M. d. m. I.

Romae (VI 2264 semel ab ignoto auctore saec. XVI vel XVII descripta).

**4166** Nicae | Pomponi|ae, fanati|cae, monu|mentum.

Romae rep. extra portam Tiburtinam (Lanciani bull. comunale 1885 p. 107).

**4167** ..enio C. f. | .. Fatali | [dec]urioni | [splendi]dissimae | [col]oniae | C[aes]ariensis, | religioso, | antistiti sanctissimi | numinis | Matris deum, | dendrophori | dignissimo.

*Caesareae Mauretaniae (VIII 9401 partem vidit Wilmanns).*

**4168** dis m. | L. Vettio Syntropho | religioso | a Matre magna | capillato<sup>1</sup>, | Vettia Amor | de suo fecit | posterisque eorum.

Romae (VI 2262 saepius descripta saec. XVI). — 1) *Passis cum crinibus Galli dicuntur etiam ab Arnobio 5, 16 (Henzen).*

**4169** Sex. Annius | Celer | religiosus | de Capitolio, | h. s. e.

Romae (VI 2263 semel descripta saec. XVI).